



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

verò Reliquias, Templum & Monasterium ab eodem jlluſtriffimo D. Barone R. R. Patribus Conventualibus in Nerſen fundatum, vicinúmque ſacellũ, *New:Jerusalem* cognomento, poſſideant etiamnum me latet; hoc certis auctõribus didici A. R. Exmiúmque Dominum Gerhardum à Venhoven, quinquennalem Syriæ Urbis que Hieroſolymæ incolam, ſancti ſepulchri equitẽ, varijs Palæſtinæ Reliquijs, Novum iſtud ſacellum ad Ideam ſacri ſepulchri à ſe erectum dotãſſe; inſigni provincialium pietatis guſtu & accuſu. *Ex eius Sacelli Diario.*

S E P T E M B E R.

IV.

Colonia Agrippina & Collegiata B. Virginis Mariæ Reſſenſis, Eccleſia quotannis colit feſtivè Irmgardim, ſeu vt alij Irmtrudim, quarum duas fuiſſe, varij ſentiunt Auctores. Harum priorem A. C. 1010. Eccleſiæ Reſſenſis Collegiatæ fundamenta ieciſſe Annonẽ Comitẽ Daſſeliũ præpoſitum Goſlarienſem, & Epiſcopum Colonienſem eandẽ A. C. M. XI. abſolutam dedicãſſe, eiúſque privilegia diplomate ſuo docent confirmãſſe. Alteram volunt in Necrologio S. Pantaleonis, Irmtrudem vocari, & Hermannii

Hermanni humilis A. C. 982. in nonum S. Ab-
 batis Pantaleonis electi sororem fuisse, & patre
 orbaturum Aspelium Castrum vulgò *Aspell*, &
 Resseuse Oppidum Ecclesiæ Coloniensî; *Such-
 telenum* verò Conuentui Pantaleoneo legâsse;
 & ab anno 1070. ter Romam peregrinabunda
 inuifit. & ut fama constans narrat, quoties ex
 Vrbe rediret, toties campanas suapte impulsas
 adventum meritâque eius indicâsse. Addit scri-
 ptorū nonnemo, illam secundâ in peregrinatio-
 ne cum Pontifici Chirothecam, terrâ ex Cœ-
 meterio XI. mille Virginum plenam obtulisset,
 Caput S. Sylvestri ab eo obtinuisse, illudque ab
 Heriberto Præsule Agrippinensium infinito po-
 puli plausu ac veneratione, publicâ supplicati-
 one honoratum: demum in Hospitali. *Hæc*
portz à se ædificato annis, meritis, virtutibus-
 que plenam extremum diem, iuxta Ioannem
 Molanum 4. Septembris, clausisse, iuxta Ne-
 crologium Cradepolij in Catalogo Episcopo-
 rum Coloniensium 4. Idus Novembris, in quo
 non immeritò sentit hanc cum primâ eandem
 esse, nec distinctam videri Irmgardim ab Irm-
 trude. Maiornm quoque traditione non inter-
 ruptâ circumfertur, illam manibus suis nobile

S 3

illud

illud & prodigiosæ magnitudinis Quadragesimalium velum Collegiatae B. Virginis Resensis vtriusque testamenti Biblicis figuris insigne confecisse. Hoc indubitatum, rerum Divinarum contemplatione, assiduis jeunijs, vigilijs, precibus, ac magnæ Matris principe studio excelluisse, eique Resense templum erexisse, ut dubium non sit hanc Irmtrudim Virginis ductu cæli templa intrasse. Sexus sui miraculum, vtriusque exemplum. Cradepolius, Necrologium S. Pantaleonis.

V.

IOANNI primo eius nominis, Duci autem CLIVIAE II. A. C. 1418. 16. Ianuarij Clivis nato *Belli nomen vel à vestitu Gallico, campanulis seu bellis argenteis tinniente, vel à facie naturâ modestiâque decorâ adhæsit.* A PATRE ADOLPHO proventioris iam ætatis *Susatensi bello præficitur, indonato, quòd THEODORVS Mærsanus Coloniensum Archiepiscopus Susatum Urbem ADOLPHO clientelarem armis repetere & sui Iuris facere moliretur; quam IOANNES omnibus ad obsidionem sustinendam dispositis ingressus THEODORICI arma intrepidè expectavit. Singulis belli præfectis stationibus distributis, ipse Budæam sibi portam tuendam reservavit*